

**Transcriptie en vertaling: Michiel Sauter**

Voor de Latijnse tekst zie ook: Sloet, Ludolf Anne Jan Wilt.: Oorkondenboek der Graafschappen Gelre en Zutphen tot op den Slag van Woeringen, 5. Juni 1288 (Vol. 1-3) - 's-Gravenhage (1872 - 1876), No. 389, p. 387-388

**Transcriptie**

Henricus sextus, divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus et rex Siciliae. Ad eterni regni premium et temporalis imperii incrementum apud Regem regum nobis proficere non ambigimus, si, loca religiosa manu tenentes, ea, quae a Christi fidelibus ipsis pia largitionis studio impenduntur, sub nostra pace ipsis integra conservamus. Quapropter notum facimus universis imperii nostri fidelibus, praesentibus et futuris, quod nos imperiali benignitate ratum habemus et confirmamus, quicquid Alardus, comes de Novimago, et uxor eius Uda, hospitali apud Novimagum, quod propriis sumptibus et laboribus construxerunt, de bonis suis, quae ipsorum fuerunt, iuste contulerunt, videlicet quatuor mansos in villa Degese, in Eevick mansum unum cum appendiciis suis, in Werthe mansum unum, in Wonschic praedium, in Lente praedium, tam haec, quam alia, quae praedictum hospitale iuste possidet ut [vel] collatione fidelium, ut [vel] alio quocunque modo iuste obtinebit, in specialem maiestatis nostrae protectionem recipientes. Statuimus ergo et districte precipimus, ut nulla omnino humilis ut [vel] alta, secularis ut [vel] ecclesiastica persona praedictum hospitale in bonis ut [vel] personis, quas habuerit, aliquatenus gravare praesumpserit ut [vel] molestare. Quod si quis facere praesumpserit, triginta libras auri pro pena camere nostre componat. Ad cuius rei certam in perpetuum evidentiam presentem cartam inde conscribi iussimus et maiestatis nostrae sigillo communiri. Dat[um] apud montem Flasconis, anno Domini M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> XC<sup>o</sup> VI<sup>o</sup> indictione XV-a XIII kalendas Novembris.

**Vertaling**

Hendrik de Zesde, door de goddelijke gunst en genade altijd verheven keizer van de Romeinen en koning van Sicilië.

Ten voordeel van het eeuwige koninkrijk en voor de groei van het tijdelijke rijk bij de koning der koningen twijfelen wij er niet aan dat het nuttig voor ons is, daar wij religieuze oorden beschermen, als wij die zaken, die door de gelovigen van Christus zelf door het streven naar vrome vrijgevigheid worden opgeofferd, onder onze vrede voor hen volledig behouden.

Daarom laten wij aan alle trouwe volgelingen van ons rijk, zowel huidige als toekomstige, weten dat wij met onze keizerlijke welwillendheid alles bekrachtigen en bevestigen wat Alardus, burggraaf van Nijmegen, en zijn vrouw Uda, rechtmatig hebben geschonken aan het hospitaal van Nijmegen, dat zij uit hun bezittingen die van hen waren hebben gebouwd op eigen kosten en met eigen inspanningen,

namelijk vier hoeven in het dorp Hees, een hoeve met toebehoren in Ewijk, een hoeve in Weurt, een landgoed in Woezik, een landgoed in Lent; zowel deze als andere zaken, die het genoemde hospitaal rechtmatig bezit of zal verkrijgen door de giften van de gelovigen of op andere rechtmatige wijze, krijgen de speciale bescherming van onze majesteit.

Daarom hebben wij besloten en bevelen wij streng dat geen enkele persoon van lage of hoge stand, van wereldlijke of kerkelijke status het genoemde hospitaal in goederen of personen, die het heeft, [ook maar] enigszins zal durven belasten of hinderen.

En als iemand dit toch probeert te doen, moet hij dertig pond goud als straf aan onze schatkamer betalen.

Als stellig bewijs hiervan voor de eeuwigheid hebben wij daarom bevolen dat dit document hier wordt opgesteld en bekrachtigd met het zegel van onze majesteit.

Gegeven bij Montefiascone, in het jaar des Heren 1196, in de vijftiende indictie, dertien dagen voor de kalenden van november. [20 oktober 1196]